



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118855**

§. 57. Variæ Decisiones SS. Congragationum circa Ecclesiæ Disciplinam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](#)

retur, aut communibus armis res di- Sæc. XVII.  
 rimenda foret. Pariter Archiduci Leo- A. C. 1622.  
 poldo, & Papæ Nuntio declaratum,  
 quod Franciæ Rex Landavienem trans-  
 actionem nullatenus ratam habere vel-  
 let: obstabat Nuntius, indecorum fo-  
 re exponens, si Rex debellatis sui Re-  
 gni Calvinistis exterios auxilio foveret:  
 verum spe facta, Religioni nil dero-  
 gatum iri, Nuntius silentio obsequioso  
 rem dissimulare cogebatur. Rebus ita  
 dispositis hoc anno Grisonum Calvini-  
 starum furor sopitus, nullatenus ta-  
 men extinctus est.

### §. LVII.

#### *Variae decisiones SS. Congregatio- num circa Ecclesiæ Disciplinam.*

Hoc item anno summi Pontificis au- SS. Congre-  
gat. rit. E.  
pisc. & Reg.  
 thoritate Sacrarum Congregatio-  
 num Consultores emergentibus dubiis,  
 aut exortis corruptelis obviare fatage-  
 bant, & quidem Sacra rituum Con-  
 gregatio die decima nona Februarii de-  
 claravit, Eucharistiam in Feria sexta  
 Parasceves nonnisi infirmis esse admi-  
 nistrandam, eodem autem die Fideles  
 officio de præcepto interesse, non tene-  
 ri, et si ea die Festum B. V. Annuntiatæ  
 occurrat: prohibuit etiam die octava  
 Julii summus Pontifex indicta anathe-  
 matis

Sæc. XVII. matis poena, ne in eadem urbe plures  
A. C. 1622. Conventus PP. Oratorii S. Nerei eri-  
gantur, ac demum eandem pœnam  
statuit in Viros, si cum armis Camaldu-  
lensum Eremos illis diebus, in qui-  
bus Mulieres ingredi possunt, acce-  
dant. Declarabat etiam die trigesima  
Septembris, quod etsi excommunicata  
sit in foro conscientiæ absolutus,  
Episcopus tamen ad publicam satisfa-  
ctionem proclama excommunicationis  
affigere valeat: Decrevit quoque die  
nona Novembris Sacra Rituum Congregatio,  
quod si dies octava concur-  
rat in Dominicis primæ & secundæ  
classis, Vesperæ (nisi concurrant cum  
aliо festo præcedenti) dicendæ sint de  
Officio sequenti cum commemoratione  
Octavæ, si hæc non habet officium in  
die sequenti: Statuit quoque die de-  
cima nona ejusdem Mensis, quod Mis-  
sæ, quæ duntaxat certis Regularibus  
concessæ sunt, non valeant ab aliis  
dici, nec etiam in ipsorummet Regu-  
larium Ecclesiis: contrarium tamen  
saltem quoad aliqua festa concessum re-  
perio anno 1720. die vigesima septima  
Julii circa Officium S. Theresiæ, & an-  
no 1727. circa festum S. Benedicti die  
decima Februarii.

§. LVIII.